

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Temperancia d cum uariis

Qui enim acceptis rebus non extollitur, qui eas ad usum uane glorie non intorquet, qui solus non possidet quod accipit, sed hoc indigentibus misericorditer diuidit, scit habundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitacionem uentris utitur sed ad reparacionem uirtutis, nec plus carni tribuit quam necessitas petit, scit saciari. Qui alimentorum inopiam sine murmuracione tollerat, nec pro necessitate uictus agit aliquid unde anima in laqueum peccati incurrat, scit esurire. Quem ergo nec in habundancia superbia eleuat, nec in necessitate cupiditas irritat, nouit habundare, nouit penuriam pati.

Gregorius omelia VII. super Ezechielem extrema parte super illud: Scio habundare et penuriam pati.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

enim *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; non *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; scit] sit (*cor. in marg.*) M; alimentis non] in *add. (del. infra)* C; scit] sit (*cor. in marg.*) M; saciari] qui acceptis alimentis non ad ingurgitatem uentris utitur sed ad reparacionem uirtutis nec plus carni tribuit quam necessitas petit scit satiari *add.* P V<sup>1</sup>; Qui] autem *add.* L<sup>2</sup>; in *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; extrema parte *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>